

coram se. Per ihm xpm. cui gloria est in secula seclorum. Amen.

DOMINICA POST OCT PASCHE.

LECTIO EP^{TE} BEATI PETRI APTI.
MI. **X**PC PASSVS IST P NOBIS VOBIS RELINQVENS
exemplum. ut sequamini uestigia eius. Qui pecca-
tum non fecit. nec inuentus est dolus in ore ei.

Qui cum malediceretur: non maledicebat. Cum pateretur:
non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se in iuste. qui
peccata nra ipse ptulit in corpore suo sup lignum. ut pecca-
tis mortui iusticie uiuamus. cuius luore sanati estis.
Erratis enim sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc ad
pastorem & episcopum animarum uestrarum.

FERIA QVARTA.

LECTIO EP^{TE} BEATI PETRI APTI.
MI. **S**CIENTES QVOD NON CORRVPTIBILIBVS
argento & auro redempti estis. deuana ura con-
uersatione paterne traditionis. sed precioso

sanguine quasi agni in contaminati & in maculati xpi.
pcogniti quidem ante mundi constitutionem. manifes-
tati autem nouissimis temporib: ppter uos. qui p ipsum
fideles estis in do qui suscitauit eum a mortuis. & dedit ei
glam. ut fides ura. & spes esset in do. Animas uestras castifi-